



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


### **Indvstria Spiritvalis**

**Spee, Friedrich von**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.**


Oratio Præparatoria ad Confeßionem Sacramentalem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43756**



ORATIO PRÆPARATORIA  
ad Confessionem Sacra-  
mentalem.

**C**ONDITOR cæli & terræ, Rex  
Regum & Dominus dominan-  
tium, qui me de nihilo fecisti ad  
imaginem & similitudinem tuam,  
& me proprio tuo sanguine rede-  
misti, quem ego peccator non sum  
dignus nominare, nec inuocare, nec  
corde cogitare. Te suppliciter de-  
precor & humiliter exoro, vt cle-  
menter respicias me seruum tuum  
nequam. Et miserere mei, qui mi-  
serus fuisti mulieri Cananæ, &  
Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti  
Publicano & latroni in Cruce pen-  
denti. Tibi confiteor, Pater pijsime,  
peccata mea; quæ si volo absconde-  
re, non possum tibi Domine: Parce  
mihi Christe, quem ego nuper of-  
fendi, cogitando, loquendo, ope-  
rando,



orando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo & peccator peccare potui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de cœlo pro mea salute descendisti: qui David à peccati lapsu erexisti, parce mihi Domine: parce mihi Christe, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es creator meus, & redemptor meus, Dominus meus, & Saluator meus: Rex meus, & Deus meus. Tu es spes mea & fiducia mea, gubernatio mea, & auxiliatio mea, consolatio mea, & fortitudo mea, defensio mea, & liberatio mea vita mea, salus mea & resurrectio mea, lumen meum & desiderium meum, adiutorium meum & Patrocinium meum: Te deprecor & rogo adiuua me, & saluus ero, gubernata me & defende me: conforta me, & consolare me: Confirma me, & lætifica me, illumina

44  
Mina me & visita me : suscita me  
mortuum , quia factura & opus  
tuum sum. Domine ne despicias  
me , quia famulus & seruus tuus  
sum quamuis malus , quamuis in-  
dignus & peccator : sed qualiscun-  
que sim siue bonus siue malus, sem-  
per tuus sum. Ad quem ergo fugiam  
nisi ad te vadam ? Si tu me eicies,  
quis me recipiet ? Si tu me despicias,  
quis me aspiciet ? Recognosce me  
ergo indignum ad te refugientem,  
quamuis sim vilis & immundus:  
quia si vilis & immundus sum, po-  
tes me mundare: si cæcus sum , po-  
tes me illuminare : si infirmus  
sum , potes me sanare , si mor-  
tuus & sepultus sum , potes me re-  
suscitare , quia maior est miseri-  
cordia tua , quam iniquitas mea:  
maior est pietas tua, quam impietas  
mea : plus potes dimittere , quam  
ego committere , Et plus parcere  
quam ego peccator peccare. Non  
F 2 ergo

ergo despicias Domine, neque at-  
tendas multitudinem iniquitatum  
mearum, sed secundum multitudi-  
nem miserationum tuarum misere-  
re mei & propitius esto mihi maxi-  
mo peccatori: Dic animæ meæ salus  
tua ego sum: qui dixisti, nolo mor-  
tem peccatoris, sed magis vt con-  
uertatur & viuat. Conuerte me Do-  
mine ad te, & noli irasci contra me.  
Deprecor te clementissime Pater,  
propter misericordiam tuam sup-  
plico & exoro, vt perducas me ad  
bonum finem, & veram pœniten-  
tiam puram confessionem & dig-  
nam satisfactionem omnium pec-  
catorum meorum, Amen.

*Oratio ante vel post examen.*

**O** Benignissime Domine IESV  
Christe te humiliter oro, ne a-  
uertas faciem tuam à me, sed inclina  
indefinitam misericordiam tuam mi-  
hi, respice me oculis misericordia  
tuæ,